Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Libri historiarum quatuor [Rerum Romanarum epitoma] a [Joanne] Cuspiniano castigati cum ind

Florus, Lucius Annaeus

Vienne, 1511

De tvllo hostilio TI. III

urn:nbn:de:bsz:31-270805

Visual Library

DE TVLLO HOSTILIO TI. III.

EXcipit Pompilium Numã Tullus Hoſtilius: cui in honorẽ uirtutis regnũ ultro datũ: hic oẽm militarẽ diſciplinã: artemq; bellandi condidit. Itaq; mirum ĩmodũ exercita iuuentute: ꝓuocare auſus Albanos grauẽ & diu principem populũ. Sed cũ pari robore freq̃ntibus prellis utriq; cõminuerent: miſſo in compendiũ bello Horatiis Curiatiiſq; trigeminis hinc atq; inde fratribus utriuſq; populi fata cõmiſſa ſunt. Anceps & pulchra cõtentio: exituq; ĩpo mirabilis: tribus q̃ppe illic uulneratis: hinc duobus occiſis / q ſuperat Horatius addito ad uirtutẽ dolo: ut diſtraheret hoſtẽ: ſimulat fugã: ſinguloſq; ꝓut ſequi poterãt adortus exuꝑat. Sic (rarũ aliꝭ decus) unius mãu parta uictoria eſt: quã ille mox parricidio fœdauit. Flentẽ ſpolia circa ſe ſponſi q̃dẽ ſed hoſtis / ſororem uiderat: hunc tã ĩmaturũ uirginis amorẽ ultus eſt ferro: citauere leges nefas ſed abſtulit uirtus parricidiũ / & facinus ĩtra gloriã fuit: Nec diu in fide mãſit Albanus: nã fidẽati bello miſſi in auxiliũ ex fœdere medii ĩter duos expectauere fortunã. Sed rex callidus ubi inclinare ſe ſocios ad hoſtẽ uidet: tollit aĩos / q̃ſi ĩpe mãdaſſet: ſpes inde nr̃is: metus hoſtibus. Sic fraus proditorũ irrita fuit. Itaq; hoſte uicto ruptorẽ fœderis Metium Suffetũ religatum ĩter duos currus ꝑnicibus eq̃s diſtrahit: Albãq; ĩpam q̃uis parentẽ emulã tamen diruit: prius cũ oẽs opes urbis ĩpmq; populum Romã tranſtuliſſet. Prorſus ut cõſanguinea ciuitas non periiſſe ſed in ſuũ corpus rediiſſe rurſus uideret.

DE ANCO MARTIO TI. IIII.

ANcus deinde Martius nepos ex filia Põpilii pari ingenio: hic igĩt & mœnia muro amplexus ẽ: & interfluentem urbi tyberinũ põte cõmiſit: Hoſtiamq; ĩ ĩpſo maris fluminiſq; confinio coloniã poſuit: iam tũ uidelicet preſagiens animo futurum: ut totius mundi opes &

Pons Sublicius Liui.